

et ab ipsis die nostris, quasi Otto per Davys liberemini.
Id si propediem fiat, ne quidem magna ex parte in-
fectas redituras auguro, quoad Principem meum: At
si non ultra medatur, quorsum obij et impensa dispendia.
viderint quibus Respublica incumbit: Ego quidem de
eventu rei sperem, ecce ille pido sed veraci epigrammate
tibi prodo, quando balbutiem meam irritare voluisti
versiculis in illa patria scribi dignis, quae de sua
Bilbili Martialem Orbi Romano dedit.

Ergone post septem Terrae miracula &
De filio porro meo statuite ut videbitur, de me
tu Vir Illustrissime, ut virtutis atque conditionis
cultore addictissimo. 10 Mart: 166j.

Comiti Brienne

Illustrissimo Comiti de Brienne J.

Constantinus Huygenius (4/11)

S.
Quas te video humanissimas literas ad me dedisse septimo
die Mensis, nonne fuerunt traditae. Cui hoc testudini
imputem non liquet. Solo Sequana dividimur,
Hujus intervallicum si biduanum iter est cursori Gallo,
et expedito experiamur age, quid sequer Batavi vultant
etiam $\sigma\chi\alpha\delta\upsilon\lambda\epsilon\varsigma$. Nos inquam claudicantes et sua
naturam versiculos, et auctoris inscitiam, audeo ad te
mittere, Vir eximie, postquam non omnibus Aula
vestrae literatis contemptui fuere. fense tu pro im-
perio, cui me submitto, libens meritoque, et vale
patria ac meum decus. Lutet: 3. Id. Jan. 1615. LXII.

ut quidem referant
amici; sed amici.

Comiti de Brienne.

Exigunt res meae et mandata quibus pareo, ut
quant'ocius admittas ad Regiae Majestatis bene
alloquium. Et me cum introducere Bonneulias
nequeat nisi te auctore, etiam atque etiam rogo, pres-
tare mihi haec in res operam tuam velis, neque
indignari, quod te per epistolium adeo, quando
per negotia, quae te distrahunt saepius oculi domi
te tua frustra conventum iui.

12. Jan. 1662.

Tuus omni obsequio.

C.H.

Comiti de Brienne.

Illustrissimo Comiti de Brienne

C. Huygenius à Zulichem. (4/6).

S.

Huncine Solem

Tam nigrum surrexerit mihi.

Ut nec invidere me optimus maximusque Regum velit,
nec